

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Cometa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

integrati reus in termino, Iser. in rubr.
quo tempore miles, in vers. & cat. num. 4.
in fine.

in 255. vol. 4. [Afflict. decis. 170. Dec. in
conf. 461. ult. dub.]

Octavò, an dicta Pragmatica Odia,
liget clericos, vide Dec. in c. Ecclesia S.
Maria de constitut. Capyc. in decis. 66.

COMPROMISSUM.

PRIMÒ, compromitti non potest in ju-
dices Ordinarios, nisi tanquam in ar-
bitratores, & amicabiles composi-
tores.

Secundò, nec compromitti dete spi-
rituali in judicem laicum, c. contingit, de
arbitr. nisi in laicum, & Clericum au-
toritate Episcopi, c. per tuas; eod. tit. Guid.
Pap. decis. 62. n. 2.

Tertiò, de possessorio beneficii potest
compromitti in judicem laicum, quia
non est causa spiritualis, sed temporalis,
idem ibid. quod dixi in 2. dicto intelligi
debet, nisi laicus esset arbitrator, quia tunc
posset. Doct. in c. 2. de judic. Jo. de Sel,
tract. de benef. 2. p. q. 28. num. 19.

Quartò, de differentia inter arbit-
rum, & arbitratorem, vide Matant. q. 1.
d. 14. n. 2. primus enim judici, secundus
amicabili compositori comparatur, &
secundus procedit de facto, & non de
jure, primus vero fecus.

Quintò, ad compromittendum re-
quiritur speciale mandatum. Guid. Pap.
loc. cit. & Maranta.

Sextò, quomodo cogantur consan-
guinei, & affines compromittere usque
ad quartum gradum inclusivè, vide
Prag. Odia. cap. cum tempore de ar-
bitrar, & ibi Abb. n. 3. Capyc. dec. 93.

Septimò, an post conclusum in causa
possit opponi compromissum, vide Bal.

COMETA.

C O M E T A.

Cometa aliquid sive boni sive mali
prædicere, vel significare, an sit ve-
rum, vide præter alias Sueßanum lib. 1.
Meteorolog. conf. 84. & ibi D. Thom. le-
ctio 2. & Olympiod. actione 6.

CHRISMA.

PRIMÒ, debet revocari singulis annis
die Cœnæ Domini, c. si quis in alio, de
Consecrat. dist. 4, sed si quis Episcopus
confirmaret, vel sacerdos inunget
Chrismate verusto, licet peccaret mor-
taliter, tamen esset Sacramen-
tum.

Secundò, Balsamum non est ne-
cessarium necessitate sacramenti, sed
necessitate præcepti, Franc. Victoria
in sum. confirmat. 9. 41. Cajet. in 3. p.
q. 72. Navar. cap. 22. num. 8. Astens.
lib. 4. art. 3. licet Soto aliud videatur di-
cere, 4. sent. d. 7. q. unic. art 2.

Tertiò, accipiens, & Episcopus con-
ferens, debent esse jejani, c. ut jejuni,
cum sequenti, de consecr. d. 5. sed hoc
recessit ab aula, propter multitudinem
confirmandorum, Soto loco citat.
art. ult.

Quartò, ætas requiritur, ut attingat co-
firmandus usum rationis, id est, septenni-
um, sed hoc non est necesse. Victo, loc. cit.